


1

N. Inw. 5504.

Relatio status dioecesis Cracoviensis

per Cajetanum Sołtyk episcopum Cracov.

a. 1765.

(pagg. 120)

Relatio
Status
Diœcesis Cracovien.
1765to.

Relatio Status Diae-
cesis Cracoviensis 1765 [illegible]
3

Eminentissimi et Rndmi Dni Patroni Colendissimi.

D[illegible] Episcopatus [illegible] gubernandi Diocesis [illegible]
hue A 1759 Divina Providentia et [illegible] Dni Nri Clementis [illegible] electus [illegible]
[illegible] primum parium meanum esse intellexi et circa visitationem [illegible]
rum Liminum EE. VV. statum Diecesis meae aperirem, rationemque villicationis meae in[illegible]
[illegible] mini per hoc intervallum temporis redderem, maximopere vero et [illegible]
[illegible] Supremo Capiti Smo Dno Nro, Sacratissi-
mo Capiti Dni Salvatoris Nri Dei veri Vicario, eo ut [illegible] prosequerer ulta, et [illegible]
[illegible] in meorum promptitudinem agnoscerem; Equidem [illegible]
nes sisto me in Sapientissimo EE. VV. consessu, idest non eo instanti, quo SS. Canones
et Constitutiones [illegible] praescripserunt nihilominus per supplicem postulationem [illegible]
[illegible] mihi [illegible] quam per Sacram Congregationem
EE. VV. indultam obtinui, cujus terminus in mense Decembri anni praesen[illegible]
Profecto si fas est vera loqui, hoc genus muneris mei, haud ulla ratione superioribus an-
nis a me praestari potuit etsi voluntas non defuit. Verum postequam in possessionem
venissem istius Diecesis tantae, tamque vastissimae in sua extensione, amplissimaeque in numero
Fidelis Populi et Cleri, ante omnia induxi in animum, ut primum oves meas cognoscerem
[illegible] mea, tum denique quae essent vera a falsis discernendo, quae [illegible]
[illegible] separando, [illegible] exararem, atque in hunc finem ab exordio Pastor[illegible]
[illegible] per obsequia publica eaque grav[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] et aliarum [illegible] ubique locorum non parcendo tempori, op[illegible]
[illegible] ut aliquot hebdomadas impenderem in docendo Populo Dei quae sunt salutis, in
[illegible] in componendis inimicitiis nec non in [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] concinnatosq ad tramites instructionis jam alias ab hac S[ta] [illegible]
[illegible] Cathedralem Cracovien. Primicerium meum ex fratre Patrueli Nepotem [illegible] Apostolorum Limina et [illegible] sanctos specialiter delegatum, quem benigne suscipi, eidem fidem in omnibus adhi[beri], ac protectione non deesse cum maxima Officiorum meorum testificatione [illegible]

[illegible]

Tempus Erectionis et institutionis Episcopatus et Dioecesis meae repetitur ab Anno 986 quo Fides Orthodoxa in oris septemtrionalibus disseminari et crescere coepit, quam [Mie]cislaus Primus Poloniae Princeps ducta in Sociam vitae Dabrowka Filia Ducis Bohemiae suscepit. Hicq Pius Princeps inter reliquos Episcopatum Cracovien. fundavit et dotavit. [illegible] posita limites versus Septemtrionem Archi[illegible] Episcopatibus [illegible]

[illegible]

Inter caetera Episcopatus Cracovien. [illegible]

[illegible]

minores [illegible] et [illegible]

et Vagos fere millenos.

Dioecesis hujus Caput est Cracovia, Urbs perantiqua totius Regni Metropolis, a [illegible] Romano ut quidam volunt contermina, [illegible] Magnificentia aedificiorum praestantia [illegible]

super ripam Vistulæ Fluvij sita. Amplitudo ejus exsurgit coalescitq́ ex adjacenti-
bus contiguis Civitatibus Casimiria, Stradomia, Clepardia, Wesola, Vivario vocatis, et
alijs latissimis suburbijs in circumferentia [illegible] [illegible].
Ecclesias cum Capellis publicis [illegible]. Præter Cathedralem [illegible]
numerat Collegiatas ac Parochiales duodecim, Regulares utriusq́ sexus triginta sex,
[illegible]. Principalis in hac Urbe Ecclesia Cathedralis quam [illegible]
in hac [illegible] omnes. Nostri Historici consentiunt, olim Archiepiscopalis, constructa a Mie-
cislao Primo Poloniæ Principe, (qui primus Lumen Fidei susceperat:) omnium in-
ter Regno antiquissima et primitiæ Fidei in his oris existimatur. Castello et Palatio
Regio contigua, supra montem Wawel nuncupatum sita, ipsiq́ vertici montis
incumbens. [illegible] Titulo Sti Venceslai Martyris Ducis Bohemiæ, et [illegible]
tes retinuit, opera et studio supramemorati [illegible] Mieislai [illegible]
datoris, [illegible] ejusdem Sti Martyris primitus consecrata, atq́ successu
temporis, altero Titulo tamen principali Sti Stanislai sui olim Præsulis et Mar-
tyris aucta est et decorata. Celeberrima est hæc Domus Dei non exteriori tantum
fabrica [illegible], videlicet Turribus excelsis, et affabre elaboratis [illegible]
bus [illegible] campanæ plures, [illegible] Regni [illegible], in-
ter has eminet una immensæ molis a Sigismundo Primo Poloniæ Rege Pio et li-
beralissimo oblata, quæ certis non nisi interstitijs temporis pulsari solet, deinde tec-
to in solidum ex [illegible] ærea in multis Capellis ex [illegible] deaurato resplen-
dens, sed præterea [illegible] monimentis antiquitatis, Mausoleis, Sepulchris Re-
gum Principum [illegible] commendata, supellectili aurea et argentea, [illegible]
nis, [illegible]ibus pretiosis, omniq́ apparatu Sacro [illegible]. Deinde [illegible]
[illegible] Sanctorum Reliquijs. videlicet corpore Sti Stanislai
Episcopi et Martyris urnæ ingenti [illegible] incluso in medio Ecclesiæ super
Altari in Mausoleo marmoreo adinstar Capellæ fabricato Fidelium cultui ex-
posito, Ejus Capite in [illegible] theca aurea lapidibus pretiosis exornata recon-
dito. Item Capite Sti Floriani Martyris, insigni parte Sti Venceslai Martyris, re-
liquis [illegible] Martyrum et Confessorum varijs membris et particulis, quæ suis
thecis conservantur. Reliquiis vero quas miles Suecus tempore hostilitatis ex suis
pretiosis [illegible] in uno decenter collocatis receptaculo. Item [illegible]
notabilis particula de Cruce Salvatoris Dni, Clavus aliquantum imminutus
ex tribus quibus affixus fuerat Cruci Christus Dominus, una spina de Corona
Christi, quæ modo dicta habentur pro authenticis ex antiquissima traditione
et testimonio Annalium. Hæ omnes Reliquiæ in separato loco Sacrarij con-

tin.

[illegible] in formam Altaris [illegible] et [illegible] post [illegible] publicae Venerationi Fidelium exponuntur. Item inter Supellectilem [illegible] in [illegible] Ecclesiae [illegible] in [illegible] aliquantum forma a Pallio quodque Rationale ex [illegible] gemmis [illegible] [illegible] et [illegible] per tot saecula manet illaesum in omni parte, absque ulla eversione minimae gemmae ex suo loco, quod quasi pro miraculo habetur. Istiusmodi Rationali Episcopi Cracovien. ut supra diximus in memoriam Archiepiscopalis Dignitatis in celebrioribus [illegible] uti solent. [illegible] antiquissima [illegible] pro [illegible] Divae Hedvigi [illegible] tradiderunt memoriae rerum nostrarum Scriptores. Habet hoc singulare [illegible] Cathedralis [illegible] et [illegible] Coronatio Serenissimi moderni Regis Stanislai Augusti peracta quidem est Varsaviae, sed super hac re praecessit omnium Ordinum Regni consensus Lege statuta pro hac sola vice et non amplius.

[illegible] in hac [illegible] Ecclesia [illegible] septem Episcoporum non interruptim succedentium sexagesimum. Capitulum illius [illegible] Episcoporum, [illegible] Episcopi, [illegible] Capitulum [illegible] Praelatis seu Dignitatibus septem, Decano, Archidiacono, Praeposito, Scholastico, Cantore, Custode et Cancellario, Canonicis viginti novem, ex quorum numero viginti tres intrare Capitulum non possunt, nisi prius deduxerint per authentica documenta Nobilitatis suae originem, eamque super quatuor Stemmatum deductione [illegible] Nobilium [illegible] dignorum juramento firmatam. Reliqui vero Canonici Doctorales quinque hoc est duo ex Theologia, duo ex Iure [illegible] ex quorum numero ad duos unum Theologalem et alterum Iuridicum Academia Cracovien. jus habent, tam eligendi quam passivum; et unus ex Medicina ad similem Nobilitatis [illegible] [illegible] et Praebendas sufficientes habent [illegible] [illegible] illis [illegible] ad pinguiores promoventur. Massa distributionum est [illegible]

Comitatus Fabianice, nuncupa[illegible] [illegible] pluribus villis ex quibus proveniens su[m]ma inter interessentes distribuitur. Item pro Fabrica Ecclesiae, pro Sacristia et aliis [illegible], habet proventus sufficientes distinctim pro unaquaque [illegible] super titulum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] celeberrimi ornatus, quae omnes [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] quibusque [illegible] [illegible], et ut absit jactantiae verbo, magna observantiae [illegible] invigilatur. Quilibet Praelatus et Canonicus noviter accedens ad Capitulum [illegible] [illegible] ad observantiam praedictorum Statutorum, quod ipsemet Episcopus circa ingressum suum [ad] Cathedram [illegible] tenetur. Praelati et Canonici etsi non omnes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] semper eorum notabilis frequentia [illegible] [illegible]. Capitula Generalia ternis in anno vicibus celebrantur, circa Festum Purificationis [illegible] [illegible], circa Festum S[ti] Stanislai Episcopi Martyris in Majo, et circa Festum Translationis Ejusdem in Septembri. Particularia vero Capitula [illegible] semel in hebdomada quavis die Sabbathi. Haec eadem Ecclesia Cathedralis complura Pr[aebendarum] [illegible] [illegible] numerat. Primum Vicariorum olim ex triginta nunc ob [illegible] [illegible] temporum proventus ex quindecim Personis compositum. Isti in Choro vices Canonicorum gerunt. Officium Divinum quo[ti]die cantu Gregoriano seu Chorali exacte decantando, et quod in nulla alia Ecclesia Poloniae in usu est, matutinum semper media nocte [illegible] [illegible]runt, eidemque punctualiter interesse studiosissime curant. Siquidem praescriben[tibus] Statutis ipsorum per unicam etiam absentiam absque termino et ratio[ne] [illegible] in notabili emolumentorum parte mulctari solent. [illegible]

[illegible]

Tertium [illegible] [illegible]

[illegible]

Rorate Celi alias, ut in Adventu quotidie in cantu [illegible] perfecta exactitudine justa [illegible] Societas Prabendariorum Angelistæ nuncupatorum eo quoe pariter Votivam de S. Angelis ad tramites Erectionis suæ in Cantu figurali [illegible] determinatis diebus celebrant [illegible]. Septimum Collegium Pænitentiariorum fundationem vere [illegible] jam habentium, quorum aliquot semper juxta horarum distributionem Sedes Confessionales [illegible], et [illegible] Collegio [illegible] et commendati, qui omnes [illegible] muneri suo satisfaciunt. Unus quoq ex Canonicis Doctoribus Theologis solemnioribus anni festivitatibus eidem Confessionalem occupare, et aliis Pænitentiariis ad normam majoris Pænitentiarii præsidere consuevit.

[illegible] in [illegible] Ecclesia Verbum Dei prædicabant Canonici, seu ab aliquot seculis id obsoletum, ex quo successu temporis provisa est bona Fundatio pro [illegible] [illegible] ex Clero seculari, præsertim ex Academicis, quam ex Regulari assumi solitis qui [illegible] Festis prædicant. jam autem in Quadragesima quotidie „ex Suggestu" Verba [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] croatos [illegible]

Habet [illegible] duos Vice-Custodes seu [illegible] die deservientes, et gazophylacium [illegible]

[illegible] obsequia Ecclesiæ custodiendam [illegible], et [illegible] sollegium fundatione destinati.

Habet Clericorum Seminarium in Diœcesi antiquissimum inferius inter [illegible], cujus Alumni Presbyteri quotidie Missam unam de[illegible] re, et aliquot lectas in septimana [illegible] Acolithorum Thuriferariorum et aliis, [illegible]

[illegible] Ecclesia [illegible] provisa est quo ad proventus pro Capella Musicalis, [illegible] subjectis qui invicem con[illegible]

[illegible] Universitatis, [illegible] et [illegible] instantia sua [illegible]

[illegible] formulam inchoavi, cui [illegible] temporis [illegible] eram ob multitudinem agendorum navare oportebit. in [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] Theologiae, Philosophiae, Medicinae et Mathematicae [illegible]

[illegible]

[illegible] Philosophiae [illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible]

[illegible] Religio [illegible]

[illegible]

[illegible] ac Contubernitates in Ecclesijs Regularium reservbi[illegible].
Secunda Collegiata S[ti] Floriani Clepardiae ad Cracoviam habens Dignitates [illegible] Canonicos sex, Vicarios quatuor.
[illegible]ta Visliciens Dignitates sex, Canonicos septem, Vicarios sex.
[illegible] quinq, Canonicos novem Vicarios decem [illegible] in commune viventibus.
[illegible] Dignitates tres Canonicos sex [illegible] S[ti] Michaelis in Arce Cracovien Dignitates [illegible] Canonicos quatuor [illegible] totidem.
Septima Sandecen Dignitates septem Canonicos sex Vicarios totidem [illegible]. Sandecensis Civitas est duplex nova altera antiqua altera [illegible] interse distant, ambae prope fines Hungariae in [illegible] maximi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Diva Cunegundis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
Octava Collegiata Opatovien habens Dignitates quatuor Canonicos [illegible] Vicarios quinq, per me pariter uti et tota Opatovia visitata.
Nona S[ti] Georgij in Arce Cracovien Dignitatem unam Canonicos quatuor [illegible].
Decima [illegible] Cracoviae Dignitates septem Canonicos quindecim [illegible] [illegible] Dignitates [illegible] [illegible] Dignitates [illegible] Canonicos [illegible] [illegible] et [illegible] totidem.
Decima tertia Lublinensis Dignitates septem, Canonicos [illegible] [illegible]

institui. Statuta Collegiatae, Mensam communem Vicariorum, et alia necessaria, tam pro Cler[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] B[illegible] [illegible], [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] 6. [illegible] [illegible]

uno Monasterium S.tae Clarae, ac compluribus Confraternitatibus. hoc in loco visita[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] Collegiata Voynicienses Dignitates sex, [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] Collegiata Bobovien habens Dignitates quatuor, Canonicos sex, [illegible] [illegible] [illegible] cum toto Oppido in oris montanis sito visitata [illegible] [illegible]

Decima sexta et ultima Collegiata [illegible] Dignitates [illegible] [illegible] quatuor, Vicarios totidem numerans.

Omnes descriptae Collegiatae (duabus duntaxat scilicet S. Michaëlis et Georgij exceptis) sunt simul Parochiales, praeter vero Insignem Sandomiriensem, in nulla habentur quotidianae distributiones.

Parochialium Ecclesiarum calculo promittendum necessarium est, Dioecesis [illegible] nanc Cracovien ab antiquo in Decanatus Rurales [illegible] [illegible] esse. In ipsa Urbe Cracovien duo hujusmodi Decanatus [illegible] [illegible] alter [illegible] [illegible]ralis, qui Ecclesias Parochiales et [illegible] [illegible] decem [illegible] S.ti Floriani alter qui quatuor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

post Cathedralem et Collegiatas, celebratissimam esse Ecclesiam Parochialem B.mae Virg. Mariae Archipresbyteralem dictam [illegible] Archipresbyterum [illegible] [illegible] ornata ac [illegible] [illegible] ex structura [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sionariorum, Psalteristarum, Paenitentiariorum, Capellanorum Altaristarum [illegible]

Per Dioecesim vero universam Decanatus Rurales continent ipsae Parochiales sequenti serie: Decanatus Velicienses Ecclesias duodecim, Dobezycen viginti sex, Lipnicen viginti sex, Woynicien octodecim, Opatovecen viginti duas, Andreovien vigintisex, Ksiąznen quindecim, Prosovicen viginti Vitovien octodecim, Scavinen viginti Zatorien triginta duas, Osvecimen sexdecim Zywecen octodecim, Plshnenses in Silesia vigintiduas, Bythonien in Sylesia triginta duas, Novi montis viginti septem, Skalen triginta, Coprivnicen quatuordecim, Lelovecen sexdecim, Michovinen duodecim, Radzikien novemdecim Wrzędovi-
cen

en viginti, Zawichosten duodecim, Opatovien decem, Pacanovien septemdecem, Kijen viginti duas, Sokolien sexdecem, Bedzantinen viginti duas, Iunovien septemdecem, Radomien viginti quinq, Stezycen sexdecem, Mielecen quatuordecem Ropczycen quatuordecem, Strzyzovien undecem, Pilsnen viginti, Zmigroden duodecem, Iaslen septemdecem, Becensis viginti duas, Bobovien viginti, Sandecen triginta, Novi Fori viginti quatuor, Scepusien sex, Tarnovien viginti unam, Lucovien quatuordecem Parczovien viginti unam, Chodelien viginti tres, Casimirien sexdecem, Solecen quatuordecem, Lelovien quadraginta duas, Volbromen viginti, Parochiales igitur Ecclesiæ universim, complectendo Cracoviæ existentes, ac Collegiatas quæ habent jus Parochiale, ascendunt ad numerum 1002. Animarum verò in unaquaq Parochia contentarum quantus sit numerus, accurata ratio reddi nequit, nihilominus prudenter conjiciendo ac populosioribus Parochijs subtrahendo, minoribusq superaddendo, sub quavis Parochiali Ecclesia mille animæ, adultos solos recensendo, computari possunt.
Plurimæ ex præmissis Parochialibus aliquot habent Sacerdotes, imo longe pauciores tales, quæ duntaxat unum. Complures titulis Præpositorum adornatæ, et una Klimuntovien Præposito Infulato gloriatur.
Sunt quantum possibile est supellectili sufficienti provisæ, inq bono statu manutenentur. Verumtamen in tanto numero reperiuntur quoq aliquæ valde pauperes, aut vix unum Presbyterum alere capaces. Cuilibet ex descriptis Decanatibus præest Decanus Ruralis, unus ex Parochis doctrina et probitate præstantior, ad hanc provinciam à me præelectus. Hujusmodi porro Decanorum Ruralium Officium est, binis vicibus per annum congregationes Parochorum et Presbyterorum sui Decanatus convocare, et celebrare, in quibus fiunt, et pereguntur Conferentiæ Theologicæ morales, ex quæstionibus et casibus anticipative per Edictum Decanale propositis, revidentur et examinantur Libri metricarum, facultates excipiendarum Confessionum &c scrutinium super defectibus Curatorum, et aliorum Ecclesiasticorum, instituitur. atq de omnibus compilatæ exacte informationes per Decanos Officio Ordinario transmittuntur. et exhibentur. Iidem Decani quotannis semel Ecclesias Parochiales et Capellas visitant, minores defectus ipsi castigant, et emendant, majores et notabiliores Officijs deferunt. Præterea quo ad Visitationem quoq Ordinariam et formalem frequentius et accuratius faciendam tota Diœcesis partita est inter Archidiaconatus et alias Dignitates Collegiatarum Iure

Archi

Archidiaconali ad visitandum praeditas. Unde Archidiaconus Cathedralis Cracovien visitare debet Decanatus Cracoviae existentes duos, et Rurales quindecim. Archidiaconus Zawichosten Decanatus tres, Sandomirien quatuor, Sandecensis septem, Lublinen quinque, Voynicien sex, Pilicensis unum, Praepositi Collegiatarum Vislicien tres, Kielcensis duos, Tarnoviensis unum Pilicensis unum, Decanus Collegiatae Kielcen duos.

Monasteriorum Dioecesis meae enumerationem prosecuturus inprimis significandum duco esse in eadem Abbates Benedictinos quatuor Tynecensem commendatarium, Tynecensem Claustralem, S^tae Crucis alias Calvi Montis et Sieciechovien Claustrales. Abbates Cistercienses sex Clarae Tumbae, alias Mogilensem, Vanchocen et Andreoviensem Commendatarios, Andreoviensem, Coprivnicensem et Szczyrzycen Claustrales. Abbates Ordinis Praemonstratensis duos, Hebdoviensem Commendatarium, Sandecensem Claustralem. Abbatissas Benedictinas tres, Sandomiriensem, Staniątecensem et Radomiensem Abbatissas Praemonstratenses quatuor Zwierzynecensem, Cracoviae, Imbramovicen, et Buscensem Abbatissam Regulae S^tae Brigittae unam Lublinen.

Monasteria Virorum in hac Dioecesi habentur et inprimis Canonicorum Regularium Lateranensium septem, Custodum S^mi Sepulchri quatuor, Canonicorum S^mi Spiritus de Saxia duo, Canonicorum B[illegible] de Poenitentia quatuor.

Monasteria Monachorum et Regularium:

P.P. Augustinianorum sex, Basilianorum unum, P.P. Benedictinorum quinque, Bernardinorum, alias Minorum S^ti Francisci de Observantia septemdecem, Fratrum S^ti Joannis de Deo tria. P.P. Cisterciensium quinque, Camedulensium tria, Capucinorum quinque, Carmelitarum antiquae Observantiae Calceatorum quinque, Carmelitarum discalceatorum totidem. P.P. Dominicanorum alias Ord^s Praedicatorum quindecem, Franciscanorum seu Conventualium S^ti Francisci septem, P.P. Societatis Jesu quinque, Norbertanorum seu Praemonstratensium tria. Paulinorum alias S^ti Pauli primi Eremitae septem, P.P. Reformatorum Ord^s S^ti Francisci duodecem, Clericorum Matris Dei Scholarum Piarum sex, P.P. S^mae Trinitatis de redemptione Captivorum tria Sacerdotum Saecularium Congr^nis Missionis Domus quatuor.

Monasteria Monialium Regulae S^ti Benedicti quatuor, Regulae S^tae Clarae quae apud Nos Bernardinae dicuntur tria, Regulae S^tae Brigittae unum, Regulae S^ti Dominici tria, Regulae S^ti Francisci Franciscanae appellatae duo, Carmelitanarum quatuor, Regulae S^ti Norberti Praemonstratensium quatuor Regulae S^ti Francisci

de Sales alias Visitationis B.mae duo, Sororum Misericordiae duo.

Ex Monasterijs Virorum omnia fere Canonicorum Regularium subsunt immediate Jurisdictioni meae, complura quoq' aliorum Regularium numerum subjectorum sufficientem non alentia. Monialium quoq' Claustra praeter Bernardinas Dominicanas et Carmelitanas Jurisdictioni Ordinarij immediate subjecta sunt.

Sex Seminaria Clericorum habet mea Dioecesis, tria sub regimine Presbyterorum Congr.nis Missionis nempe in Arce Cracovien, Stradomiae ad Cracoviam et Lublini, Unum sub regimine Universitatis Cracovien, unum sub regimine Presbyterorum in Commune viventium Kielcijs, unum deniq' sub directione PP. Soc: Jesu Sandomiriae. Fuit quoq' non ita pridem septimum Seminarium in Cura eorundem PP. Lublini, verum ego sub tempus Visitationis ex gravibus causis illud univi alteri ibidem Seminario in directione Congregationis Missionis existenti, ex duobusq' aliquis unum numerosum constitui.

Nullum ex recensitis Seminarijs percipit proventus ex taxa Beneficiorum per SS. Concilii Tridentini praescripta et indulta, sed omnia stabilibus suis gaudent Fundationibus, ex quibus fixos reditus participant. Nonnullis ipsorum incorporatae sunt pro dote sufficientiori aliqua Beneficia. In omnibus universim aluntur quotannis Alumni plus quam centum, ultra plures ditiores, qui se proprijs in eisdem impensis sustentant.

In quolibet exacte imbuuntur praeprimis Spiritu Sacerdotali, Theologia Morali, scientia cantus, Rubri: caeremoniarum, praedicationis et alijs Viro Ecclesiastico opportunis, in aliquibus etiam Philosophia, Theologia dogmatica et speculativa. Non admittuntur ad alumnatus fundationales nisi annorum viginti duorum completorum, iiq' Philosophi tantum, aut ad minimum consummati Rhetores, Ordinariq' Presbyteri nequeunt, nisi biennio in Seminario adaequate expleto, ita volentibus salutaribus Antecessorum meorum praescriptis.

Scholae vero publicae in Dioecesi mea sunt imprimis Cracoviae in Universitate Pinczoviae, et Tarnoviae in Colonijs ejusdem, tum Kielcijs mea Civitate, ubi Presbyteri saeculares in commune viventes. Sandomiriae, Lublini ubi PP. Soc: Jesu, Radomiae Podoloneciae Lukoviae ubi PP. Scholarum Piarum Humaniores Literas Philosophiam Theologiamq' publice docent et profitentur, ac praeterea in Civitatibus minoribus et Oppidis pro instruenda egentiori juventute habentur Scholae Parochiales.

De Hospitalibus Dioecesis hujus non multa scribenda veniunt. paucissima enim sunt, et ~~tenuiter~~ exigua dote provisa, sunt sub directione aut Ca-

noni

nonicorum S[ti] Spiritus de Saxia, aut Fratrum Joannis de Deo, aut denique Bonorum Misericordiae, administrationis eorum rationes solent iniri et fieri. Sunt etiam duo Xenodochia Presbyterorum invalidorum, Cracoviae alterum, Sandomiriae alterum quorum regimini similiter attenditur.

Montes Pietatis penitus non reperiuntur. Cracoviae duntaxat est una Confraternitas in Ecclesia Archipresbyterali Misericordiae nuncupatae, quae Monti Pietatis aequivalet, Praeterquam enim, quod eleemosynis egenos sublevat, mutua etiam gratis omnino dare solet. exactissime per suos Officiales gubernatur.

De mea Persona relationem daturus, praeprimis enuntio me in Dioecesi mea semper residere, praeterquam quando me negotia Reipublicae ad Regiam, cum ad Dietas seu Generalia Comitia et Senatus Consulta, tum ad latus Regium, juxta Praescriptum Legum Nostrarum evocant, quamvis et ibi commorans, Publicisque negotijs vacans habenas regiminis Pastoralis non dimitto.

Domus meae ad residendum Palatia videlicet et Castella intra Dioecesim sunt septem, verum in principalioribus, hoc est Cracoviae et Kielcijs residere est mihi solitum

Visitationi Principalium Ecclesiarum quod multiplicem navaverim operam quantum negotia Reipublicae permiserant, jam supra innui.

Ordinationes Sacras ubi opus fuerat perlibenti Animo, quemadmodum et Sacramentum Confirmationis administravi, et contigit saepenumero sub tempus Visitationis, me uno die aliquot millia hominum confirmasse. Ecclesias itidem permultas ubi se obtulerit opportunitas et necessitas, consecravi.

In Adjutorium laborum meorum ex veteri institutione fovetur in hac Dioecesi Suffraganeus Episcopus in partibus unus ex Personis Capitularibus Ecclesiae Cathedralis habilem et sufficientem habens proventum ex Bonis Mensae Episcopalis ab antiquo provisum. Qui ad praesens est Illustrissimus Franciscus Potkanski Episcopus Lataviensis, Praelatus Pietate, doctrina et laboribus, quos pro Ecclesia Dei libenter sustinet, maxime laudatissimus. Stante vero jam meo regimine Sanctissimus Dominus Noster consulendo amplissimae et populosissimae Dioecesi meae indulsit benignissime mihi et Dioecesi huic in perpetuum alterum Suffraganeum, qui Lublinensis appellari, ac in illo Palatinatu plus quam triginta leucis Cracovia dissito, Functiones Episcopales pro me obire debeat, quem adhuc non nominavi ex ratione quod causa de jure Patronatus Praepositurae in Czemiernik, huic Suffraganeo Lublinen[si] incorporandae, in S[acra] Rota pendens nondum finita sit.

Synodum Dioecesanam adhuc non celebravi, quia in rei veritate loquendo, in Nostro Regno rarissimus Synodorum usus, ex ratione quod non sine magna difficultate et incommodo valeat congregari Clerus ex tam extensis in longum et latum Dioecesibus quales sunt Poloniae. In Dioecesi mea ultima Synodus peracta est anno 1711. Provincialis vero Synodus a saeculo ferme non est celebrata: atque ut candide fatear non est urgens apud Nos Synodorum necessitas. Habemus enim multas et sufficien-

tes

tes Leges ac Statuta, tam Diœcesana quam Provincialia eaq. salutaria et optima omni duntaxat meliori modo conemur ea executioni mandari.
Verbum Dei sub tempus Visitationum à me praedicari non intermitto, quinimo suave mihi esse existimo: ut eloquio Pastorali Populus Dei meæ Curæ commissus pascatur foveaturq, quod idem observari facio in alijs Ecclesijs per Viros ad hoc munus idoneos et selectos.
Non est moris hic apud Nos ut conservetur Depositarius multarum, seu pœnarum pecuniariarum, ex ratione quod rarissime contingat quempiam condemnari criminaliter, et si quando occurrat similis pœnalitas, assignatur in exiguâ quantitate quæ statim ad aliquod bonum et pium opus disponitur.
Taxa in Cancellarijs meæ Diœcesis observatur praescripta antiquitus per Constitutiones Provinciales à Sta. Sede etiam approbatas quæ totaliter est discreta et moderata, habetur animadversio ne abusus in depactatione irrepant.
Quod spectat ad administrandam Jurisdictionem, ut Justitia facilius omnibus reddi possit, in tribus locis generalia Judicia semper agitantur videlicet in auditorio Curiæ meæ Kielcijs, Cracoviæ apud Vicarium meum Generalem, qui est supra laudatus Rvmus Potkanski Suffraganeus meus Cracovien, et Lublini apud Generalem Palatinatus Lublinen Officialem per me Constitutum, qui est Rmus Jeżierski Episcopus Bacovien. Et praeterea minores causæ ventilantur apud Officiales Foraneos in diversis Diœcesis meæ Territorijs constitui solitos. nimirum Sandomiriæ, Radomiæ, Lucoviæ, Visliciæ, Sandeciæ, Pilsnæ, Bieczij, Tarnoviæ et Pileciæ, à quibus ad Curiam meam vel Officiales Generales appellatur. In exercitio Jurisdictionis meæ hoc maligno seculo solent enasci difficultates; et praeprimis in duobus Decanatibus Plesnensi et Bytomiensi in Dominio Regis Borussiæ existentibus, quandoq. in correctione vitiosorum Presbyterorum, adsunt impedimenta, ut contigit non multo antehac, dum unus Parochus mediante Decreto carceratus, ad Regentiam Territorialem recurrisset, Captivati fuerunt duo optimi, et exemplares Parochi, per vim ad Fortalitium Koźlense deducti, ut proinde necessarium fuerit, priorem Incarceratum à meâ Jurisdictione liberum dimitti. Non intermisi tamen sedulo per Residentem Varsaviæ Borussicum, cum Ministerio Sæ. Ræ. Mtis Borussiæ quantum possibile fuit agere ut res rite componeretur. Intra Regnum etiam maximum Jurisdictioni Spirituali facessunt negotium continuæ controversiæ de Foro Decimarum censuumq. Sæculares siquidem praetendunt causas hujusmodi Foro Sæculari subesse, è contra Spirituales suo. Propterea saepesepius contingit quod Curatum Citantem de Decimis ad Forum Spirituale, Citatus citat ad Tribunal Regni ausu pro evocatione sui ad Forum incompetens, et multis exemplis compertum exploratumq. habemus,

quod

quod "insuper" ipsamet Officia Spiritualia contemporaneâ aetate fuerint, de eadem quasi praetensa ad Iudicium Spirituale evocatione. Interea in hac materia omne studium operamq. quam diligentissimam impendi, ut ejusmodi vulnera inter status quam placidissime "sanarent" et absq. laesione ac detrimento Jurisdictionis Ecclesiasticae finirentur.

In ultimo conventu generali seu in Comitijs Coronationis Serenissimi Nostri Regis decreta est Commissio ex pari numero Spiritualium et Saecularium, ad cognoscendas praetensiones ex utraq. parte, ad discutienda gravamina, et condendam quandam regulam, qua dirigi possint in posterum praedicti Status, a futuris Comitijs finalibus Regni approbandam. Nos omnes et singuli Episcopi omnem possibilem vim et animum in id intendimus, ne in aliquo puncto rerum Spiritualium Nos injuriam pati sentiamus.

Ad extremum pro complemento relationis de mea Persona hoc addendum esse existimavi, in quanto numero reditibus meis ad pia et utilia opera non peperci, Ecclesiam in Bonis meis a fundamentis de muro erexi, caeterarum est inchoata structura, et res seu materia ad perficiendas easdem jam sunt praeparatae. In reparationem vero Bonorum Episcopalium in quibusdam loci igne consumptorum ultra duos milliones florenorum Polonicalium alias ultra ducenta millia scutorum monetae Romanae expendi.

De Clero Saeculari verba facturus imprimis innuo: quod juxta proportionem Amplitudinis Dioecesis meae, multo plures supra omnes Dioeceses Poloniae numerantur "in ea" Personae Spirituales, ascendunt enim ad numerum duorum millium ipsimet Presbyteri qui Beneficia canonica possident, ultra caeteros Sacerdotes qui Vicariatus, aut alia munia manualia obeunt.

In Cathedrali et alijs Collegiatis Ecclesijs Officium Divinum quotidie decantari solet, non per Canonicos sed per Vicarios duntaxat, ad id muneris ordinatos, sufficienterq. dotatos, ad honestam eorundem sustentationem, quandoquidem in Cathedrali et Collegiatis Canonici non stringuntur ad continuam residentiam, sed ad summum ad unius mensis in Anno, ita antiquissimo usu Provinciae et Statutis Capitularibus id specialiter praescribentibus. Ille vero Canonicus, qui menstruam continuat et absolvit residentiam penes Cathedralem vel Collegiatam Ecclesiam, omnibus tenetur interesse Divinis, Vesperasq. et Missas solemnes in Dominicis et Festis, ac diebus Feriatis Missam ut Nostri vocant maturam seu Conventualem canere, quae ubiq. pro Fundatoribus et Benefactoribus applicatur.

Omnia Capitula etiam Collegiatarum Ecclesiarum habent Statuta sua particularia, tum Decreta Reformationum quibus reguntur, et est continua attentio super eo: ut executioni semper mandentur, uti etiam ubi sunt Canonici Poenitentiarij, ut munere suo fungantur ad tramites suae Erectionis."

Laso[illegible]

Parochi residentiam adimplent continuam, præterquam qui pluribus Beneficijs ex Beneplacito S.tæ Sedis sunt provisi, atq ut sibi sufficientem numerum Presbyterorum penes Ecclesias foveant, Officia mea invigilant.
Libri Metricarum Baptisatorum Copulatorum et mortuorum quod exacte conscribant supra memoravi, utpote Parochi in Congregationibus Decanalibus producere eosdem tenentur, quos revidere solent et debent Decani Rurales et subscribere. In præsentiarum verò ex novella Lege Reipublicæ, indices Baptisatorum quovis anno in Cancellarijs publicis Territorialibus per Curatos producuntur et actis inseruntur.
Sacrosancte etiam id observare curo: ut diebus D.nicis et Festis in Ecclesijs Parochialibus Doctrina Christiana Populo tradatur, et explicetur, alias negligentes Parochi Juris medijs ad id adiguntur.
Missa Parochialis in Diebus Dominicis et Festis ubiq pro populo offertur, quæ obligatio omnibus Parochis ad notitiam est deducta.
Exercitia Spiritualia alias Recollectiones Spiritus ita sunt in usu, ut tam ante susceptionem vestis Clericalis, quam S.S.rm Ordinum omnino absolvantur. Insuper Alumni omnes in Seminarijs quolibet anno ijsdem vacant. Parochi vero omnes qui ex Consvetudine immemorabili approbationes obtinere tenentur, Vicarij et cæteri Presbyteri antequam approbentur ad excipiendas Confessiones, quibus approbatio non impertitur longior ultra annum ordinarie, ac illi quibus confertur Facultas à reservatis, et examinis et Recollectionum testimonia juxta Legem Diœcesanam afferre secum et demonstrare sunt obligati, alias non approbantur. Qui autem Statui Ecclesiastico volunt nomen dare, prius per Moderatores Seminariorum rigorose examinantur.
Quantum ad habitum externum universus Clerus semper portat vestes talares Clericales, quoniam aliter se vestiendi non est usus Provinciæ.
Conferentiæ casuum morales per Parochos Diœcesanos quemadmodum supra innui in Congregationibus Decanalibus suis temporibus indispensabiliter instituuntur. In ipsa verò Urbe Cracoviæ speciali edicto meo, casdem innovavi, tempus et locum peragendarum præscripsi, et continuè practicantur.
Singulari Gratia Dei in Clero Diœcesis meæ florent plurimi doctrina Pietate, bonis moribus et exemplo Viri, verum in tanto numero non desunt et Zizania, deviando a sua vocatione, hi tanquam morbidæ pecudes, separantur à bonis ovibus, coercentur à meis Officijs, incarcerantur, quorum numerus semper est sex aut octo Personarum. Sæpenumero etiam scandala dictorum vitiosorum Presbyterorum præsidio Appellationis proteguntur, quando quidem facilè negotio ab altioribus subsellijs obtinent remedia. Interea Fiscales mei maximam adhibent

dilig

diligentiam etiam praefatis superioribus Instantijs, ut scelestos non claudo pede pœna sequatur.

Clerum Saecularem exaequat numerus Regularium in hac Dioecesi, quorum notitia haberi potest ex multitudine Monasteriorum, Conventuum, et Collegiorum superius descriptorum

Regulares ubi curam Animarum exercent, eodem modo reguntur sicut caeteri Parochi, et omnia pro Parochis praescripta implere adiguntur, quoniam Officia mea id magnopere prae oculis habent.

Contingit saepius Regulares extra Monasteria degere in Bonis ad Monasteria pertinentibus, contingit eosdem extra claustra delinquere, in quibus casibus quo ad correctionem morem gero Constitutionibus Apostolicis super eo emanatis.

His temporibus nullus est ejectus ex aliquo Claustro in mea Dioecesi.

Innui superius me aliqua Monasteria numerum sufficientem Subjectorum non alentia visitasse, complura vero hujusmodi reperiuntur.

Impossibile videtur non versari in quibusdam differentijs cum Religiosis, aut omnino liberum esse ab offendiculis eorum, qui suis confisi exemptionibus omnia sibi licere autumant, jactantque, etiam cum derogatione Authoritatis Ordinariorum, verum enimvero plurimis non successit haec praetextuosa temeritas seu licentia qui calcitrare volebant, quoniam usus sum ijs medijs et auxilijs ad compescendam eorum audaciam quae SS. Canones et Constitutiones Apostolicae Ordinarijs gratiose concesserunt. Praesenti tempore (Laus Deo maxima) nulla occurrit ratio offendiculi inter me et illos.

Monasteria Monialium Jurisdictioni Episcopali immediate subjectarum ut perfectius regantur, sequendo veterem et laudabilem consuetudinem cuilibet Monasterio destinavi Commissarium Praelatum alijs, Canonicum alijs doctrina et probitate conspicuus, qui dicti Commissarij habent praescriptam ex Bullis Apostolicis et SS. Concilijs informationem juxta quam invigilant, ut in Monasterijs secundum regulam vivatur, et ut tam Spiritualia quam temporalia rite administrentur.

In Monasterijs vero quae sunt subjecta Regularibus ut vigeat Regularis observantia, omnem adhiberi curam et vigilantiam non intermitto. Confessarij tam Ordinarij, quam extraordinarij pro utrisque per me approbantur, circa quos servetur Constitutio felicis Recordationis Benedicti XIV.

De Seminarijs cum jam superius copiose locutus fuerim, quot in illis Alumni foveantur, ac quod unius Ecclesiae Cathedralis obsequijs utatur, descripserim, addendum

hic nihil puto, præterquam deferre, taxam per Concilium Tridentinum concessam hic in usu non esse.

Onerum Missarum et Anniversariorum in Sacristijs Principalium Ecclesiarum appensæ sunt tabellæ ad regularem eorundem observantiam. Ecclesiæ vero Parochiales in exiguo numero habent fundata Anniversaria. Cum magno mœrore animi id mihi scribendum venit quod vitio sæculi multæ Fundationes aut cessarunt, aut diminutæ sunt: ex ratione censuum, qui aut totaliter non solvuntur aut per medium duntaxat, vel etiam medium medij, suffragantibus ad hujuscemodi damna discriminaque Fundationum, præjudicatis Tribunalium Regni Sæcularium, et ex his causis facultate reducendi onera Missarum ante quatuor annos per Em. VV. mihi concessa sæpe uti cogor.
De Hospitalibus, quæ sunt in pauco numero, et tenuissime provisa, similiter de Montibus Pietatis, qui absolute non dantur in mea Diœcesi, jam supra mentionem feci Confraternitates, quarum proventus essent dispositi ad aliqua opera Charitatis (præter unam Misericordiæ Cracoviæ) penitus non sunt. Plurimæ quidem reperiuntur Confraternitates per Ecclesias Sæculares et Regulares, sed solum ad Devotiones, et si aliqua habet aliqualem proventum, iste est exiguus, et expenditur pro ordinarijs necessitatibus, videlicet cera, vino, ornamento altaris &c.

Populus Diœcesis meæ est in magna quantitate seu numero, ut ex dictis colligitur. Fidem Sanctam Catholicam cum fervente Zelo profitetur, Dissidentium Sectarum inimicissimus, Personæ Nobilitares et Civitatenses devotæ, Plebs vero etiam aliquanto ad superstitionem pietati dedita. Inter Fideles Diœcesis meæ (gratiæ sint Deo maximæ) enormia crimina non reperiuntur, quia si quod enascitur Jurisdictiones tam mea, quam Territoriales, et Locorum, sedulo in ipsis eunis eadem profocant. Colonias habent in hac Diœcesi præcipue circa fines Hungariæ Rutheni Græci, Ecclesiæ Catholicæ uniti plures Parochias constituentes, quæ dependent a suis respective Græcis Episcopis. Schismaticorum nullus reperitur.
Non desunt in Diœcesi mea nonulli Lutheri et Calvini Sectatores, præcipue ex Nobilitate, et pauci ex Civitatensibus, qui in Nostro Regno Dissidentes in Religione appellantur. Consvetudo est ab immemorabili quod Catholici cum Dissidentibus et econverso Dissidentes cum Catholicis cum mea Dispensatione in mea Diœcesi, alibi vero in alijs Diœcesibus etiam sine ulla Dispensatione contrahant Matrimonia ritu Catholico. Hæc consvetudo aboleri nequit cum sit nimis

inve

inveteratis, et ex ea consideratione etiam videtur esse utilis, quando quidem frequentissime Pars Catholica convertit Haereticum, ac ferme hoc unico modo Haeretici quam plurimum apud Nos amplectuntur Fidem Orthodoxam. Ex antiquo tollerentia in hac Diecesi Dissidentes habent Fana pro suis devotionibus exercendis octo, penes quae etiam Ministri doctrinae eorum conservantur. Continentur a me rigorosissime intra cancellos modestiae et pacis, adeo: ut me maxime rigidum et quasi setti Oppressorem appellitent. Nihilominus pro mea Pastorali cura huic errabundo gregi non desisto invigilare, Interdico neq ulla ratione permitto, ut Ministri eorum seu ut hic appellantur Praedicantes, natis ex Parentibus Acatholicis Sacramentum Baptismi administrent, omnem lapidem moveo praecludoq viam, ne Acatholici Bonorum Haeredes ad Ecclesias in suis Bonis existentes praesentare praesumant, quamvis sit Jus Patronatus Bonis eorum annexum. Superstite adhuc Serenissimo Rege Augusto III ausi sunt Dissidentes me incusare et Legatos Acatholicarum Aularum in suas partes traxerunt pro adjutorio seu ex hac ratione, acsi eorum Privilegia per Leges Publicas concessa violarim. Verum enimvero conatus sum eorum objecta refellere et explanare, ac neq tetum unquam a Fidei defensione, Legum Nostrarum observantia et mea fortitudine discessi. Contingit igitur quod Dissidentes Infantes suos natos transportent ad alias Dioeceses, ut ibi facilius baptisentur ab eorum Ministris, quando quidem in mea nullus se modo audet ingerere in ejusmodi Officium, cum recenti memoria retineant, quod in primo meo ingressu ad hanc Dioecesim, in unum pro simili administratione Sacramenti Baptismi rigorem justitiae extenderim, poenalitateq convenienti addixerim. Stante superiori Interregno ac etiam sub tempus Comitiorum Coronationis moderni Serenissimi Regis Dissidentes omnem vim exercuerunt, ut ampliationem suarum Libertatum, seu publicitatem liberi exercitij suae sectae obtinerent. Non defuere illis quidem aliqui Oratores, Defensoresq. Verum Catholicissimus Equestris Ordo fortiter obstetit eorum machinationibus, in quibus confusi sunt, cogitationesq eorum dissipatae sunt torquentes cor eorum, ad quod tam salutare Heroicumq opus pro viribus meis Equestrem Ordinem accendere et inflammare non cessavi.

Gentis Hebreae quae multitudine sua universum Regnum Nostrum inundavit tantus est in Dioecesi mea numerus, ut si non exsuperet, certe exaequet Catholicorum Syllabum. Infinita mala pullulant ex hoc abominabili genere hominum. Negotiationes omnes Catholicis intercepererunt, Oppida ita fere omnia occupavere ut Catholici vix in angulis aut extra Civitatem collocari et contineri possint.

Et ex

et ex hac ratione in quibusdam locis Processio solemnis in Festo Corporis Christi per Gyrum oppidorum jam celebrari nequit, neq Sanctissimum publicè deferri potest ad infirmos ob irreverentiam. Tabernas omnes arendatorio modo possident, atq ita sese fortiter ubiq collocârunt, ut maxima sit difficultas eosdem eradicandi expellendiq, quoniam Magnatum et Nobilium Omnium Authoritate et tutela proteguntur. Regulares itidem sæpenumero cum ijs contractus ineunt, locando eis tabernas ad usum et propinationem liquorum, quo ex capite postulatum meum ad calcem præsentium exponam. Ante annos septem dicti Hebrei converti cœperunt in magno numero Duce Josepho Fretik sed posteaquam compertum esset eundem Ducem exemplo suo ad Fidem Catholicam, novam quandam Sectam molientem, et Messiam se à cæteris conversis appellari et haberi volentem, mandante Illustrissimo de Vice-Comitibus Sanctissimæ Sanctitatis in Polonia Nuntio separatus est à cæteris Conversis, mancipatusq carceri honesto cum sua duntaxat familia in Fortalitio Claræ Montis Czestochoviensi, Cui ego alimenta providere subministrareq pro charitate Christiana ut cœpi non intermitto, ut sic resipiscere possit à suis vanis imaginationibus. Ex præfatis conversis de Judaismo conduxi meis expensis triginta Familias usq ab ora Russiæ, collocavi eosdem per meas Civitates, et oppida, distribui in eosdem proportionaliter cuiq Familiæ plus quam quatuor millia scutorum monetæ Romanæ pro honesta sustentatione et ulteriori modo vivendi, aliquot Familiæ perseverant in bene cœptis, rei domesticæ et familiari operam navant, cæteri inconstantes vagabundas Personas agunt.

Venio tandem ad exponenda EE. VV. mea postulata, partim Patrocinia eorundem partim resolutionem implorando.

Sanctissimus Dominus Noster approbavit recenter immemorabilem Cultum Beati Vincentij Kadlubek Episcopi Cracovien. et deinde Monachi Professi Cisterciensis, Concessit Missam et Lectiones proprias de eodem, quod totum ad universum Regnum Poloniæ et M.D. Littuaniæ extendit gratiose, quoniam vero Diœcesis mea tanquam suum olim Episcopum solemnius colere desiderat, majorem in modum rogo EE. VV. ut sua interponant Officia ad Sacram Congregationem Rituum, quatenus ad preces nomine meo sibi porrigendas pro Clero Seculari et Monasterijs Ordinis Cisterciensis Diœcesis meæ Festum de eodem Beato Vincentio Kadlubek cum octava concedere dignetur, et locum ei fixum Dominicam quartam 8bris in perpetuum assignare.

Fiscalis Curiæ meæ habet pendentem litem à quinq annis in Sacra Rotha occasione cujusdam Præpositure Ecclesiæ Czermienicen Diœcesis meæ. Ex Erectione Jus Patronatus hujus Præpositure erat pure Familiare Agnatitium competens Familiæ Firleiovianæ, quæ cum sit penitus in masculis extincta, in casu ultimo vacantis Præpositure, contendit de justitia meus Fiscalis extinctum quoq fuisse Jus Patronatus, adeoq Ecclesiam evasisse liberam, et pro hac libertate Ecclesiæ emanavit Decretum Curiæ meæ, quod subsequenter Sacra Nuntiatura Apostolica approbavit, deinde causa ad Sacram Rotam introducta, post multos observatos gradus prodijt decisio etiam pro libertate Ecclesiæ priora bina Decreta approbans. tandem ultimario in nova audientia favore Cognatorum Familiæ Firleiovianæ Sacra Rota pronuntiavit recedendum esse à decisis. Libertas hujus Ecclesiæ summè est necessaria, quando quidem constitui in animo ut incorporetur ejusmodi Præpositura Suffraganeatui Lublinen gratiose mihi per Sanctissimum Dominum

Concessæ

concesso, et propter hanc rationem unicam differo nominationem ejusdem Suffraganei, quousq' causa haec finem suum non sortietur. Ardentissime itaq' rogo obsecroq' EE. VV. velint hanc Provinciam in se suscipere, ut Fiscalem meum, qui adhuc in S. Rota intendit experiri, Authtte sua juvent et protegant. praecipue cum tam pium et utile opus retardatur [cesso]. Cognati Firleiovani, favore quorum recessum est a decisis neq' sunt Haeredes, neq' Possessores Bonorum Czemierniki, in Lithuania manent in suis Bonis, quae sexaginta milliaribus seu Leucis Polonis distant a Czemierniki, qui etiamsi non essent exclusi in Erectione, maximae sequerentur inconvenientiae, si agnoscerentur essentq' Patroni Ecclesiae, sed eo magis, quando per clausulas taxativas Erectio omnes Cognatos exclusit.

Ex supradescriptis adaequate EE. VV. compertum habent, synodos ita frequenter prout Jura volunt apud Nos non posse celebrari, proinde facultatem constituendi Examinatores Prosynodales ad annum tantum de Stylo hujus S. Tribunalis indulgeri solitam, non ad [annum] sed ad aliquot annos mihi et reliquis Episcopis Polonis in futurum concedere dignentur.

